



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum in Deo sit potentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

D I V I  
THOMAE A Q V I N A T I S  
D O C T O R I S A N G E L I C I  
Q V A E S T I O N E S D I S P U T A T A E  
D E P O T E N T I A D E I .

Q V A E S T I O P R I M A .

*De potentia Dei.*

E t habet septem articulos.

- ¶ Primò enim queritur: Vtrum in Deo sit potentia.
- ¶ Secundò: Vtrum potentia Dei sit infinita.
- ¶ Tertiò: Vtrum ea quæ sunt naturæ impossibilia, Deo sint possibilia.
- ¶ Quartò: Vtrum iudicandum sit aliquid possibiliæ vel impossibile, secundum causas inferiores vel superiores.
- ¶ Quintò: Vtrum Deus possit facere quæ non facit, & dimittere quæ facit.
- ¶ Sexto: Vtrum Deus possit facere quæ alij faciunt: ut peccare, ambulare, &c.
- ¶ Septimò: Vtrum Deus dicatur omnipotens.

A R T I C U L V S P R I M V S .

*Vtrum in Deo sit potentia.*



Ovetur quæstio de potentia Dei. Et primo queritur: vtrum in Deo sit potentia. Et vñ, q̄ non Potentia enim est operationis principium: sed operatio Dei, que est eius essentia, non habet principium, quia neque est genita, neque procedens. ergo in Deo non est potentia.

In Monologio cap. 14. a medio.

¶ 1 Præt. Omne perfectissimum est Deo attribuendum secundum Anselm. ergo quod respicit aliquid perfectius, non debet Deo attribui: sed omnis potentia respicit se perfectius, scilicet passiuā formā, & actiuam operationem. ergo potentia Deo attribui non potest.

¶ 2 Præt. Potentia est principium transmutandi in aliud secundum Philos. in 5.

Metas. sed principium relatio quedam est: & est relatio Dei ad creaturas, prout significatur in potentia creandi vel mouendi. Nulla autem talis relatio est in Deo secundum rem, sed solum secundum rationem. ergo potentia non est in Deo secundum rem.

¶ 3 Præt. Habitus est perfectior potentia, vt pote operanti propinquior, sed habitus non ponitur in Deo. ergo nec potentia.

¶ 4 Præt. Nihil debet in Deo significari per quod derogetur eius primitiae, vel simplicitati. Sed Deus in quantum est simplex, & primum agens agit per essentiam suam: ergo non debet significari agere per potentiam, quæ saltem secundum modum significandi super essentiam addit.

¶ 5 Præt. Secundum Philos. in 3. Phy. In perpetuis

A non differt esse, & posse: multo minus ergo in diuinis: sed ubi est eadem res, debet esse idem nomen a digniori sumptum. Dignius autem est essentia quam potentia: quia potentia essentiæ aduenit: ergo in Deo debet nominari essentia tantum, non autem potentia.

¶ 6 Præt. Sicut materia prima est pura potentia, ita Deus est purus actus. Sed prima materia secundum essentiam suam considerata, est denudata ab omnibus. ergo Deus in essentia sua consideratus, est absque omni potentia.

¶ 7 Præt. Ois potentia ab actu separata est imperfecta: & ita cū nihil impedit Deo conueniat, talis potentia in Deo esse nō potest. Si ergo in Deo est potentia, oportet, q̄ semper sit actuū coniuncta. Et ita potentia creandi est coniuncta actuū semper: & sic sequitur, quod ab eterno creavit res: quod est hereticum.

¶ 8 Præt. Qn̄ aliquid sufficit ad aliquid agendum, supflue aliquid superadditur: sed essentia Dei sufficit ad hoc, q̄ Deus per eam aliquid agat. ergo superflue ponitur in eo potentia per quam agat. Sed dices, q̄ potentia non est aliud quām essentia secundum rē: sed solum secundum modum intelligendi.

¶ 9 Præt. Sed contra. Omnis intellectus cui non responderet aliquid in re, est casus & vanus.

¶ 10 Præt. Predicamentū substantia est nobilissimi aliis predicamentis, sed Deo non attribuitur, ut Aug. dicit. multo ergo minus predicamentū qualitatis: Sed

C potentia est in secunda specie qualitatis: ergo Deo attribui nō datur. Sed dices, q̄ potentia, q̄ Deo attribuitur, nō est qualitas, sed Dei essentia, sola rōne differens:

¶ 11 Præt. Sed contra. Aut isti ratione aliquid responderet in re, aut nihil. Si nihil, ratio vana est. Si autem aliquid in re ei respondet, sequitur q̄ aliquid in Deo sit potentia præter essentiam: sicut ratio potentie ei præter rationem essentiam.

¶ 12 Præt. Secundū Philosophi, ois potestas, & oē est feicitum est propter aliud eligendum: nullum autem

huiusmodi Deo conuenit: quia ipse non est propter aliud, ergo potentia Deo non conuenit.

¶ 13 Præt. Virtus a Dionysio in lib. 2. hierar. ponitur media inter substantiam, & operationem. Sed Deus nō agit per aliquod medium, ergo non agit p̄ uirtutē: &

D ita nec per potentiam: & sic potentia non est in Deo.

¶ 14 Præt. Secundū Philo. in 12. Meta. potentia actiua q̄ foli Deo p̄ poteretur, est principium transmutationis in aliud, secundum quod est aliud. Sed Deo agit sine transmutatione: sicut patet in creatione. ergo Deo potentia actiua attribui non potest.

¶ 15 Præt. Philo. ibidem dicit, q̄ si uiderem est potentia actionis & passionis: sed potentia passionis Deo nō conuenit: ergo nec potentia actionis.

¶ 16 Præt. Philo. ibidem dicit, q̄ potentia actiua est contraria priuationi. Sed contraria nata sunt fieri circa idem. Cum ergo in Deo nullo modo sit priuatio, non erit ibi potentia.

¶ 17 Præt. Philo. ibidem dicit, q̄ potentia actiua est contraria priuationi. Sed contraria nata sunt fieri circa idem. Cum ergo in Deo nullo modo sit priuatio, non erit ibi potentia.

¶ 18 Præt. Magister dicit 1. dist. 2. q̄ agere non pro-

Quæst. dist. S. Thomæ. A prie

L. 7. de Tri.  
Cap. 5. 10. 3.

Cap. 11. eir.  
medium.

L. 1. 9. c. 2.  
lib. 5. 17.

lib. 2. dist. 1.  
1. parath.  
6.

QVAEST. I. DE POTEN. DEI, ARTIC. I.

prie competit Deo: sed ubi non est actio, ibi non potest esse potentia activa nec passiva: ut patet ergo nulla.

SED CONTRA, Est quod dicitur in Psal. 88. Potens domine &c.

¶ 2 Præter. Matthæi. 3. Potens est Deus de lapidibus illis &c.

¶ 3 Præter. Omnis operatio ab aliqua potentia procedit: sed Deo maxime conuenit operari: ergo Deo maxime potentia conuenit.

RESPON. Ad huius questionis evidentiâ sciendum, quod potentia dicitur ab actu: actu autem est duplex, si primus: qui est forma: & secundus: qui est operatio: & sicut ex eo hominum intellectus non nisi actus primo sicut attributum operationi: sicut enim quasi oës intelligunt actuam: secundo autem exinde fuit translatum ad formam, in quantum forma est principium operationis: & finis: unde & similiter duplex est potentia: una activa: cui responderet actuus: quod est operatio: & huic primo nomen potentiae nideretur sive attributum: alia est potentia passiva: cui responderet actus primus: qui est forma: ad quam similiiter nideretur secundario nomen potentiae deolutum: sicut autem nihil patitur nisi ratione potentiae passiva: ita nihil agit, nisi ratione actus prius: qui est forma. Dicitur etenim, quod ad ipsum primum nomen actus ex actione denicitur. Deo autem conuenit esse actum purum, & primum: unde ipsi conuenit maxime agere, & suam similitudinem in alias diffundere: & deo ei maxime conuenit potentia activa: nam potentia activa dicitur secundum, quod est principium actionis. Sed & sciendum, quod intellectus noster Deum exprimere niteratur sicut aliud perfectissimum. Et quia in ipsum deuenire non potest nisi ex effectuum similitudine: neque in creaturis inuenit aliquid summe perfectum, quod omnino imperfectione carcat: ideo ex diuersis perfectionibus in creaturis reperitis, ipsum niteratur designare: quamvis cuilibet illarum perfectionum alii quid debit, ita tamen, quod quicquid alicui illarum perfectionum imperfectionis adiungit, totum a Deo amouetur. Verbi gratia: Est significat aliquid completum & simplex, sed non subsistens: substantia autem aliquid subsistens significat: sed alij subiecta. Ponimus ergo in Deo substantiam & esse: sed substantiam ratione substantia: non ratione substantia: esse vero ratione simplicitatis, & compleimenti, non ratione inherentis, quæ alteri inhæret. Et similiiter attribuimus Deo operationem ratione ultimi compleimenti, non ratione eius in quod operatio transit. Potentiam vero attribuimus ratione eius quod permanet, & quod est principium eius, non ratione eius, quod per operationem completur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod potentia non solum est operationis principium, sed est effectus: unde non oportet, quod si potentia in Deo ponitur, quod sit effectus principium, quod essentia diuina que est operatio, sit aliquid principium. Vel dicendum, & melius, quod in diuina inveniuntur duplex rationes. Una realis, illa scilicet quae personæ adiunxit distinguitur, ut paternitas & filiatio: alias personæ diuinae non realiter, sed ratione distingueruntur, ut Sabellius dixit. Alia rationis tamen, quae significatur, cum dicatur, quod operatio diuina est ab essentia diuina, vel quod Deus operatur per essentiam suam. Propositiones enim quædam habitudines designant. Et hoc ideo contingit, quia, cum attribuatur Deo operatio, secundum suam rationem, que requirit aliquid principium, attribuitur etiam ei relatio existens a principio, unde ista relatio non est nisi rationis tamen.

F Est autem de ratione operationis habere principium, non de ratione essentia, unde licet essentia diuina non habeat aliquid principium neque re, neque ratione, tamen operatio diuina habet aliquid principium secundum rationem.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet oë perfectissimum sit Deo attribuendum, non tamen oportet, quod omnino illud, quod Deo attribuitur, sit perfectissimum, sed oportet, quod sit conueniens ad designationem perfectissimi ad quod competit aliquid ratione sua perfectionis, quod habet aliquid se perfectius, cui tamen deest illa, quam aliud habet.

AD TERTIUM dicendum, quod potentia dicitur principium, non quia sit ipsa relatio, quam significat nomen principij, sed quia est id, quod est principium.

AD QUARTVM dicendum, quod habitus non quia est in potentia activa, sed solum in passiva, & ea est perfectior: talis autem potentia Deo non attribuitur.

AD QUINTVM dicendum, quod ista sunt impossibilia, quod Deus ponatur agere per essentiam suam, & quod non sit in Deo potentia: hoc enim quod est actionis principium, potentia est: unde essentia diuina ex hoc ipso, quod ponitur Deus per ipsam agere, ponitur esse potentia. Et sic ratio potentiae in Deo non derogat neque simplicitati neque primæ eius, quia non ponitur quasi aliquid additum essentie.

AD SEXTVM dicendum, quod cum dicitur in perpetuis non differt esse, & possit, intelligitur de potentia passiva, & si nihil facit ad propositum: quia talis potentia non est in Deo. Tamen, quia uerum est, quod potentia activa est idem in Deo, quod eius essentia, ideo dicendum, quod licet essentia diuina, & potentia sint idem secundum rem, tamen quia potentia maxime modum significandi addit, ideo speciale nomen requirit, nam nomina respondent intellectibus secundum Philosoph. i. Periherm.

I AD SEPTIMUM dicendum, quod ratio illa probat, quod in Deo non sit potentia passiva, & hoc concedimus.

AD OCTAVUM dicendum, quod potentia Dei semper est cōiuncta actu, id est operationi (nam operatio est diuina essentia) sed effectus sequuntur secundum imperium voluntatis, & ordinem sapientie. Vnde non oportet, quod semper sit coniuncta effectui, sicut nec quod creature fuerint ab æterno.

AD NONUM dicendum, quod essentia Dei sufficit ad hoc, quod per eam Deus agat, nec tamen superfluit potentia: quia potentia non intelligitur quia si quædam res addita supra essentiam, sed superaddit secundum intellectum solam relationem principii, ipsa enim essentia ex hoc, quod est principium agendi, habet rationem potentiae.

AD DECIMVM dicendum, quod intellectui respondet aliquid in re dupliciter. Vno modo immediate, quando uidelicet intellectus concipit formam rei alicuius extra animam existentis, ut hominis, vel lapidis. Alio modo mediate, quando uidelicet, aliquid sequitur actu intellegendi, & intellectus reflexus supra ipsum considerat illud. Vnde res respondet illi considerationi intellectus mediate, id est, mediante intelligentia rei, verbi gratia, intellectus intelligit naturam animalis in homine, in quo, & multis alijs speciebus, ex hoc lequitur quod intelligit eam ut genus. Huic intellectui, quo intellectus intelligit genus, non respondet aliqua res extra immediate quæ sit genere: sed intelligentia, ex qua consequitur ista intentione.

*Vtrum sit infinita.*

intentio, respondet aliqua res. Et similiter est de re A latione principii quam addit potentia supra essentiam. Nam ei responderet aliquid in re mediate, & non immediate. Intellectus enim noster intelligit creaturam cum aliqua relatione & dependentia ad creatorem, & ex hoc ipso, quia non potest intelligere aliquid relatum alteri, nisi econtrario reintel ligat relationem ex opposito: ideo intelligit in Deo quandam relationem principij, quae consequitur modum intelligendi, & sic referunt ad rem mediate.

AD XI. Dicendum, quod potentia, quae est in secunda specie qualitatis, non attribuitur Deo, hec enim est creaturem, quae non immediate per formas suas essentiales agunt, sed mediabitibus for mis accidentibus: Deus autem immediate agit per suam essentiam.

AD XII. Dicendum, quod diuersis rationibus attributorum, responderet aliquid in re diuina, sci licet unum, & idem. Quia rem simplicissimam, qua Deus est, propter eius incomprehensibilitem, intellectus noster cogitat diuersis formis repraesentare, & ita istae diuersae forme, quas intellectus concipit de Deo, sunt quidem in Deo sicut in causa veritatis, in quantum ipsa res, qua Deus est, est repraesentabilis per omnes istas formas, sunt tamen in intellectu nostro sicut in subiecto.

AD XIII. Dicendum, quod Philosophus intelligit de potentiis actiuis, & effectiuis, & huiusmodi, quae sunt in artificialibus, & in rebus humana: nam nec etiam in rebus naturalibus verum est, quod potentia actiua sit semper propter suos effectus. Ridiculorum enim est dicere, quod potentia solis sit propter vermes, qui eius virtute generantur, multo minus diuina potentia est propter suos effectus.

AD XIV. Dicendum, quod potentia Dei non est media secundum rem, quia non distinguitur ab essentia, nisi ratione, & ex hoc habetur, quod significetur ut medium: Deus autem non agit per medium realiter differens a se ipso: vnde ratio non sequitur.

AD XV. Dicendum, quod duplex est actio. Una quae est cum transmutatione materiae. Alia est, que materiali non praesponit, vt patet in creatione. Et vtroque modo Deus agere potest, vt infra patet. Vnde patet, quod Deo recte potentia actiua potest attribui, licet non semper agat transmutando.

AD XVI. Dicendum, quod Philosophus non loquitur vniuersaliter, sed particulariter, quando scilicet aliquid mouet seipsum, sicut animal. Quando autem aliquid mouetur ab altero, tunc non est eadem potentia passionis, & actionis.

AD DECIMVS SEPTIMVM dicendum, quod potentia dicitur esse contraria priuatio, scilicet impotentia, non tamen de contrarietate facienda est circa Deum mentio, quia nihil quod est in Deo, habet contrarium, cum non sit in genere.

AD DECIMVMO CTAVM dicendum, quod agere non remouetur a Deo simpliciter, sed per modum rerum naturalium, quae agunt, & partitunt simul.

*Vtrum sit infinita.*

Secundo queritur de potentia Dei. Vtrum sit infinita. Et videtur quod non, quia vt dicitur in 9. Metaph. frustra esset in natura aliqua potentia actiua, cui non responderet aliqua passiva: sed potentia infinita diuina non respondet aliqua passiva in natura: ergo frustra esset diuina potentia infinita.

¶2. Præt. Philosophus probat in 8. Physic. non esse potentiam infinitam in magnitudine infinita, quia sequeretur quod ageret in non tempore, nam major virtus agit in minori tempore: vnde quanto virtus est maior tanto tempus est minus. Sed potest infinita ad finitam nulla est proportio: ergo nec temporis in quo agit potentia infinita, ad tempus, in quo agit potentia finita. Cuiuslibet autem temporis ad quolibet tempus est proportio: ergo cum potentia finita moueat in tempore, potentia infinita mouebit in non tempore. Eadem ratione si potentia Dei est infinita, semper operabitur in non tempore, quod falsum est. Sed dices, quod voluntas diuina non determinat quanto tempore velit effectum suum compleri, & sic non oportet, quod potentia diuina semper agat in non tempore.

¶3. Sed contra, voluntas diuina non potest immutare eius potentiam, sed de ratione potentiae infinita est quod agat in non tempore, ergo hoc per voluntatem diuinan immutari non potest.

¶4. Præt. Omnis potentia manifestatur per suum effectum: sed Deus non potest facere effectum infinitum, ergo potentia Dei non est infinita.

¶5. Præterea. Potentia proportionatur operacioni: sed operatio Dei est simplex: ergo & potentia. Simplex autem & infinitum adinuicem repugnat: ergo vt prius.

¶6. Præt. Infinitum est passio quantitatis, vt Philosophus dicit in 1. Physicorum. Sed Deus est absque quantitate, & magnitudine: ergo eius potentia non potest esse infinita.

¶7. Præterea. Omne quod est distinctum est finitum, sed potentia Dei est distincta a rebus aliis: ergo est finita.

¶8. Præt. Infinitum dicitur per remotionem finis: Finis autem est triplex, scilicet magnitudinis, ut punctus: perfectionis, vt forma, intentionis, ut causa finalis. Hęc autem duo ultima cum sint perfectionis, a Deo remoueri non debent: ergo diuina potentia non debet dici infinita.

¶9. Præterea. Si potentia Dei est infinita, hoc non potest esse, nisi quia est effectuum infinitorum: sed multa alias sunt, que habent effectus infinitos in potentia, ut intellectus, qui potest intelligere infinita in potentia, & sol qui potest producere effectus infinitos: si ergo potentia Dei dicatur infinita, pari ratione, & multe alię erunt infinitę, quod est impossibile.

¶10. Præterea. Finis est quoddam ad nobilitatem pertinens. Sed omne quod est huiusmodi, rebus diuinis debet attribui: ergo potentia diuina debet dici finita.

¶11. Præterea. Infinitum secundum Philosophum in tertio Physicorum est partis, & materiarum, que imperfectionis sunt, & Deo non conuenient: ergo, nec infinitum est in potentia diuina.

Quæst. dicit S. Tho. A 2 ¶12. Præt.